

Nf. 24.



PRORECTOR
FRIDERICIANAE ACADEMIAE

IO. SAM. STRYKIVS,
IC.

Serenissimæ Viduæ Saxo - Isenacensis
Confiliarius Aulicus, & I. P. P. Ord.

VNA CVM CETERIS PROFES-
SORIBVS

NATIVITATEM
IESV CHRISTI, TANQVAM DV-
CIS SALVTIS NOSTRAE,

au.

digne recolendam
intimat.





Non ferias, nec otium, Lecto-

res, sed pugnam militiamque, pacem tamen pugnaturis, certamque victoriam designat atque intimat multitudo illa EXERCITVS celestis, Deum NATO DOMINO IESV laudantium, & cauentium: Gloria in excelssimis Deo, & super terram

PAX, in hominibus beneplacitum. Luc. II, 13. 14. Gaudet exercitus celestis, ouatque mirum in modum, atque id summo iure, applaudens peculiari illi Angelo Domini & Euangelistæ nouo, loquenti Pastoribus de magno gaudio, quod omni populo futurum sit. Gaudet Symeon, & fuscipit Iesulum in vlnas, benedicens Deo, qui dedisset oculis videndum salutare suum. Benedicit, gratulatur, fausta quæque nunciat hominibus: data tamen benedictione, conuertit se ad Mariam, matrem Domini, bellum quasi denuncians. Ecce, inquit, signum, cui contradicitur! tuam quoque ipsius animam penetrabit romphaa, ut reuelentur ex multis cordibus cogitationes. quis vero dubitet, Mariam dictum hoc, vere clausum, reposuisse in pectore suo? v. 34. 35. 19. 49. 51. Tollere etiam mulier illa vocem ex medio populi, ventrem beatum prædicans, qui gestauerit Dominum Iesum, & vbera beata, quæ ipse fixerit. Verum amen beati, interloquitur benigne Dominus, qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud. Luc. XI, 27. 28. Quod vero erat verbum Dei, quod tum dixerat? nonne id ipsum de spirituali militia, de Satana, tanquam, forsi armato, de se, tanquam fortiore superueniente, addita regula: qui non est MECVM, contra Me est, & non colligens Mecum, dispergit, & quæ sunt reliqua. v. 21. 26. Ita deinceps ad ipsam natiuitatem se refert, Pilato respondens: Rex Ego sum. Ego (enim) IN HOC NATVS SVM, ET IN HOC VENI IN MVNDVM, ut testimonium dem veritati (vsque ad sanguinem) Sed regnum meum non est ex hoc mundo, non est hinc, omnis, qui est (natus) ex veritate, audit vocem meam Iob. XVIII, 37. 36. XIX, 7. seq. In cuius memoriam Apostolus ad Timotheum: certa, scribit, bonum certamen fidei, apprehende vitam æternam, ad quam etiam vocatus es, & confessus es bonam confessionem coram multis testibus. Præcipio tibi coram Deo, viuificante omnia, & Christo Iesu, qui testis



ificatus est sub Pontio Pilato bonam confessionem, quo serues tu mandatum purum usque ad apparitionem D.N.I.C. 1. Tim. VI, 12. 13. 14. Neque tamen fallit nos exercitus Angelicus, de pace canens super terram; nec errabat multitudo illa discipulorum, ad descensum montis oliuarum magna voce profitentium: *Benedictus qui venit Rex in Nomine Domini! Pax IN COELO, & gloria in excelsis!* Luc. XIX, 37. 38. Explicauit enim ipse, veniens & ad Patrem rediens: *Pacem relinquo vobis, pacem illam meam do vobis. non sicut mundus dat, ego do vobis. Ne turbator cor vestrum, neque formidet: Iob. XIV, 27. Venit enim mundi huius princeps, & in me non habet quicquam. v. 30.*

Scimus nempe omnes primam quasi legem castrensem, quam lapso homini publicam fecit vox Ichouæ Dei, ambulantis in horto, tempore auræ diei. *PONO INIMICITIAM inter te, serpentem, & inter mulierem: & inter semen tuum, & inter SEMEN eius. HOC conculcabit tibi caput; tu autem ledes illud (quoad) calcaneum.* Ita canitur classicum ab initio Gen. III, 15. Ita totum genus humanum, post Adam natum ex muliere, obicitur militiæ grauissimæ. Hæc, Hæc, iam lata est sententia irreuocabiliter, ita tamen vt sub ipso Dei contra serpentem iudicio, primi parentes pœnitentes audire possent promissionem conterendi capitis serpentini, non obstante læsione calcanei. O! quam durum Adam bellum gerendum habuit, totam per vitam suam! & vero nos sumus Adæ filii per naturam, quam nobis tradidit. Nulla hic pax ineunda, nulla hic pangendæ induciæ. Latet promissio, euangelion, benedictio in benedicto semine. Emitat etiam ea fortissime, & in ea solareperiebant solatium Protoplasti, misere decepti, vitiatique ab serpente: sed insertam involutamque videmus benedictionem disciplinæ. Ducamus mente lineas, ab his principiis, per tota Biblia vsque ad finem, & videbimus dispositionem castrorum Domini, non ea, quæ mundus disputat vocat *bella Domini*, non indulgentias pro carne corrupta, falsasque absolutiones, aut vias electitias. Sub alio longe vehiculo, quam sub abusu nominis Domini Iesu Christi, passim regnante, transferimur ad victoriam; quæ sane lucrantibus per Iesum est certissima, secundum Apostol

foli votum: Deus vero PACIS CONTERAT *Satanam* sub pedes
 vestros breui. *Gratia Domini nostri Iesu Christi* sit (ad hunc in vo-
 bis conflictum) *vobiscum Rom. XVI. 20. 25. Apoc. XII. 9-17.* Inde
 potuit Ioannes Apostolus magno diuini istius decreti pondere
 instare, ad arcendos a peccandi securitate omnes, qui spem vi-
 dendii Dei aut noticiam Filii Dei sese dicunt habere. *Nostis,*
quod manifestatus ille sit, vt peccata nostra TOLLERET (non fo-
 veret, non protegeret) & *peccatum in ipso non est. Filioli, nemo*
seducat vos. qui facit iustitiam, iustus est, quemadmodum ille iustus
est. Est ex diabolo, qui facit peccatum; quia AB INITIO diabolus
peccat. IN HOC (vero) *manifestatus est FILIVS DEI, VT dis-*
soluat OPERA DIABOLI. Omnis, qui natus est ex Deo, peccatum
non facit, quia semen ipsius in eo manet. i. Iob. III. 3. 5-8. 9.

Tertull. de
puhic c. 19.
Saluian. l. 6.
de gub. §. 179-
182. sq.
Decreti dist. 3.
q. 3. c. 32.

Credimus, non tam commentario longo, quam animi
 dexteritate opus esse ad disciscendum hocce praconium: is-
 que iure suspectus habeatur malae fidei, hic qui tergierfari diu
 velit, vel obstrepere etiam audeat. Ipsa Filii Dei incarnatio
 quid aliud, quam adparatus ad opponendum se peccato in cor-
 pore per aeternum Spiritum? *Misit enim Deus SVVM IPSIVS FILI-*
VM in similitudine CARNIS peccati, & pro peccato, CONDEMNAVIT
peccatum in carne, vt ius legis impleteretur in nobis, qui non secundum
carnem ambulamus, sed secundum Spiritum, quo praxes corporis morti-
ficientur, quoniam sensus carnis INIMICITIA est aduersus Deum. Rom.
VIII. 3-7-13. V. 12-15-21. ita vt ipsi legi, omnique fiducia legis,
MORTIFICANDI simus per CORPVS Christi, ad ferendum fructum Deo.
VII. 4. Gal III. 19. 16-29. IV. 1. 4. 19-27-31. Eph. II. 14. 15. 16. 1-5-10.
Propterea INGRESIENS IN MVNDVM dicit: sacrificium & oblationem
non voluisti (multo minus festa nuda, & cultum mere exter-
 num, qui tanto nobis non constat pretio, quanto constabant
 sacrificia & oblationes Iudaicae &c.) *CORPVS autem aptasti mihi* (scili-
 cet ad obeundam vereque praestandam oblationem) *Holocau-*
ista, & pro peccato oblata, non habuisti grata vel rata. En! praesto sum
ad faciendum voluntatem tuam. IN CAPITE LIBRI scriptum est de
ME. In qua voluntate consecrati existimus nos, per oblationem (aptati
 sic ad lucram) *CORPORIS I. C. qua consummata se det is ad dextram Dei,*
de cetero expectans, donec ponantur INIMICI sui scabellum pedum suorum
est

Rom. IX. 5-6.
11-16. 32. Co-
loss. II. 8. 9.
16-23. Ef.
XLVIII. 1. 2.
LI. 1. 2.

Ebr. X, 5-10-13. 20. Sicut igitur pueri participes facti sunt carnis & sanguinis: & ipse similiter participem se fecit eorumdem, vt per mortem aboleret eum, qui vim culpa nostra habebat mortis, hoc est, diabolum, & dimitteret hos, quorquor metu mortis serui erant seruitutis. II, 14. 15. 16. 6. 8. 9. 10. Itaque ipso patiendo, moriendo, satisfaciendo iustitiæ, dissoluit Filius Dei, in humana natura nostra, opus diaboli, vt ne hic quidem de læsa in recuperando iustitia, aut de iniqua ratione vindicati generis nostri, coram iudicio diuino, conqueri possit vlla iuris specie. *Iob. XII, 31-34. 24-27. XIV, 30. XVI, 10. II. Col. II, 15-11. 9. I, 13. 14. 22. 24. 27. Gal. I, 4. 16. Zach. III, 2. 3-8. Apoc. XII, 10. II.* Quo id simul pertinet, tanquam connexum, quod Mediator ac Saluator ipse omnibus, seruari cupientibus, eum acquisiti meriti, rite applicandi, ordinem, eamque rationem coniungendi sese cum sua cruce, stricte præscripsit, quæ tantum abest, vt relinquat ansam calumniæ, vt sola potius soluere valeat omnes obiectiones portarum infernalium.

*Matth. XVI, 18. 17. 16. 20-23. seq.**

Habetur iste processus Christi, cui ipse candidatos salutis vniuersos atque singulos, vt diximus, innexos merito suo, ac obligatos omnino reddidit, abunde expressus in locis, quos iam exhibuimus. Vix vero volumen sufficiat, si, quæ vel in vno Apocalypseos libro, de iustitia causæ AGNELLI (nomen enim hocce Iesu ibi perpetuum est, *αἰώνιον*) causæ etiam suorum fidelium, habentur indicata, eoluere aggrediamur. Nobis sufficit iam ostendisse parumper, quod ipsius meriti Christi dulcissimi tota ratio, vel primo sui ingressu, ferat nos ad impugnanda & expugnanda, non sustinenda opera Satanae.

Neque etiam nunc permiserit spatium, modos & gradus quæ incesit serpens ille ad inspirandum virus suum humanæ soboli, describere: ac conferre deinde momenta singula, quæ tanquam contraria, serpentino isti malo opposita sunt in remedium; quoue pacto Vindex noster, ab ipsis inde nascendi iniuriis, per totam suam in terris vitam, abnegationis, exinanitionis, humilitatis, paupertatis, mansuetudinis, firmitatis suæ arma, pro nobis in carne nostra voluit expedita, non ad indemnitate præstandam malitiæ & hypocrisis, sed ad succurrendum

* LXX, Pf.

VIII, 2. (καταλύσαι) 4.

coll. Ebr. II, 6.

18. & 1. Co.

XV, 27-22.

46-56. seq.

Ef. XL, 4. 5.

Vita Synec-

ticæ §. 35. I-

renæus L. 4. c.

59. Aug. de

doctr. Christi.

L. 1. c. 14.

dum miserie, sed ad frangendam glaciem, sed ad arenam infruendam, sed ad repellendas tentationes peccati, ne desit, quod concupiscentiæ carnis, & concupiscentiæ oculorum, & fastui vitæ valide obiiciatur, vtque sic disiiciantur seductoris illius praua consilia.

Quia tamen negotii huius interni, recte cognoscendi atque tractandi, summa est ad disciplinam animæ necessitas: cuius nostris, quas ad manum habent, homilias S. Macarii commendamus quam maxime, quadragesimam quartam totam, totam itidem vigesimam primam. Coniungi his ex IV §. 9-18. sq. ex XI §. 5-15. ex XV §. 22-44. ex XVII §. 3-1. ex XXIV §. 2. sq. ex XXVI §. 1-15. ex XXVIII 1-6. ex XXXIV §. 2. vtique fuerit operæ pretium. Ibi enim, quid sit illa *dissolutio* operum diaboli (& per modum *meriti*, & per modum *efficacie*) plane & absque omni fūco proponi, nobis est compertissimum.

catech. mai.
Luth. p. 494.
495. 776.

Ostenditur quoque ibidem, ex iusta proportione præstanti operis, QVEM eum *hominem* esse oportuerit, qui vnus pro omnibus, quotquot sunt, erunt, fuerunt, parare redemptionem valuit, qui idem (adinuenta aeterna redemptione, per semet ipsum) facta purgatione peccatorum nostrorum. Ebr. IX, 12. I, 3. 6. 10. 13.) animas a peccati obsessione & statu vetustæ seruitutis intrus liberat eripitque, a seculo in seculum, vsque dum veniunt dies illa gloriose consummationis. Apostolus certe commemorans translationem e potestate tenebrarum, Redemptoris descriptionem vberiore omittere noluit, quod sit *primogenitus omnis creationis, qui in ipso creata sint omnia, quæ in caelis, & quæ super terrâ, visibilia & invisibilia, siue throni, siue dominationes, siue Principatus, siue potestates. Omnia per ipsum, & in ipsum creata sunt, & ipsemet est ante omnia, & omnia in ipso consistunt.* Col. I. 13-17. II, 9-15. Nota est illa collectio, quod is supra omnes sit longe, qui est ille *ueniens desuper, ille e caelo: Iob. III, 31.* quod argumentum est a priori, ab ipsa origine petitum *ibidem* v. 13. 16. 35. 36. Mich. V, 2. Iob. VII, 27. 28. 29. 42. VIII, 14-19. 21-24. 27. 42. 44-58. I. 1-14. XVI, 28. 33. Dominus ipse porro confirmans, quod nemo hostium rapturus sit oves suas e manu sua, sed quod adsignet ipse his vitam aeternam; iungensque sese Patri, qui dederit sibi oves, maior omnibus, addit, quod certe ex manu Patris sui nemo eas sit erepturus, manu que

que fi
28. 29
mund
cend
Sat an
qui p
mund
1. Pet
16. Ef
13. Iq
que f
finit
ille Io
vige
V, 18
tant
est,
labor
Lo i
ex ad
scern
Vero
Veru
malis
t. Iob
cum
cupi
getu
Ipsa
feru
eiu
uerf
mus
enim
IP
obea



que sic coniuncta tandem pronunciat: *Ego & Pater Unum sumus*, X.
28. 29. 30. 15. 18. posteaque v. 33. 36. insinuat, quid demissio sui, in
mundum, ad tantum negotium, in recessu habeat, quando deuin-
cendus & exturbandus est (*serpens ille antiquus, Diabolus vocatus &*
Satanas, seducens mundum uniuersum, Apoc. XII, 9. Diabolus nempe,
qui peccare dicitur *ἀπὸ ἀρχῆς*, 1. Iob. III, 8. ab initio. (vbi principium
mundi intelligi vult ipse Ionas Schlichtingius) conferre licet loca
1. Petr. III, 19. II, 24. 25. Ef. XLIX, 24. sq. VI, 5. 3. coll. Iob. XII, 41. Fr. Polon. f.
16. Ef. IX, 6. VII. VIII. coll. Matth. I, 21. 23. XVI, 16. 17. 18. Ebr. II, 390.
13. sq. Dan. IX, 24. Rom. IX, 5. I, 3. Quæ ipsa analogia rei, series, Apoc. XIII, 8.
que salutis æternæ, hausta ex sacris litteris, adprobare nos non 4. 1. Iob. II, 13.
finit ea, quæ Schlichtingius ibidem postea diluit. Textus enim 14.
ille Ioannis subsequens, quod Deus suum ipsius Filium, eumque f. 400. 401.
unigenitum demiserit in mundum, ut viuamus per Eum 1. Iob. IV, 9. 10. Eph. III, 9. 10.
V, 18. 19. 20. nos potius confirmat in eo, quod diximus. 11.

Eo maiores ergo causæ sunt, quæ nos obligant, & exci-
tant etiam, ut Filio Dei, qui homo propter nos homines factus
est, iungamus nos fideliter, idque magna cum fiducia, in medio
laborum animæ. Scimus, quod mundus totus IN MALIGNO IL-
LO iacet conclusus tenebris, constrictus vinculis. Scimus vero
ex aduerso, quod Filius Dei pressus est, & dedit nobis mentem cum di-
scernendi facultate spiritali, ut cognoscamus Verum, & sumus in-
Vero, in Filio eiusdem Iesu Christo. Hic coniunctus cum Patre est
Verus Deus, & Vita æterna. Genitus ex Deo obseruat semet ipsum, &
malignus ille huius compos non sit. Filiioli, cauetis vobis a simulacris.
1. Iob. V, 21. 18. 1-5. 15. Nasimur omnes, ita est, post lapsum Adæ,
cum peccato, hoc est, sine metu Dei, sine fiducia erga Deum, & cum con-
cupiscentia; quæ est confessio A. C. §. 2. Sed ideo in eadem vr-
getur contraria ex parte Regeneratio, ad salutem sane necessaria.
Ipsa mundi historia ostendit, quanta sit potentia regni diaboli, ex qua
feruitate nos non possumus eximere propriis viribus: hæc est Apologia
eiusdem doctrina. At vero ob id ipsum potentia Christi opus est ad-
uersus Diabolum, ut gubernet & propugnet nos Spiritus S. ne decepti erre-
mus, ne impulsus contra voluntatem Dei aliquid suscipiamus. Christus
enim vicit diabolum, VT auxilio diuino VINCAMVS ET
IPSI p. 58. sq. 85. Ideo iustificamur, pergit, VT iusti bene operari &
obedire legi Dei incipiamus. Ideo regeneramur, & Spiritum S. accipi-
mus,

mus, ut noua vita habeat noua opera, nouos affectus, timorem, dilectionem Dei, ODIUM concupiscentie p. 133. 134. Tit. III. 3-7. 8. II. 11-14. Est illud malum originis opus Satanae originaliter, ita inherens nobis per carnalem propagationem, ut hanc naturae corruptionem, ab ipsa natura, nemo, nisi solus Deus, separare queat. Verum tamen non ipsa substantia nostra opus est diaboli sed hodieque in nobis, etiam post lapsum, est manetque Dei opus & creatura,

*Iob. XVII. 10.
15. Epp. 1. 27.
30. Tit. II. 14.
2. Cor. V. 18.
19 - 16.

Luth. catech.
mai. p. 494.
sq. 371. 327.
fin. T. 2. in
Gen. f. 233. a.

2. Cor. IV,
10 - 16.

1. Cor. IX. 25.

Apoc. XIX. 13.
16. 7. 9.

quam Deo Patri sibi que vindicat Filius, tropæo immaculatæ carnis accinctus, tactus seruitute generis nostri miserabili, & intrauit in campum huius feculi, gemine gigas substantiæ, pugnaturus contra corruptionem & semen serpentis, & pugnavit pro nobis vsque ad mortem, & sustulit vŕpatori suum titulum, docetque regali suo Spiritu, quod ipse solus sit Dominus noster primigenius, & quod nihil de vmbra iuris remaneat Satanae contra eos, qui sua Satanae opera in carne sua patiuntur destrui per semen illud mulieris benedictum, Dominum exercituum. *Nempe, quod homo factus, & Spiritu S. ac Maria virgine, sine omni labe peccati, conceptus & natus sit, UT esset PECCATI DOMINVS -- & omnis NON OB ALIAM REM VLLAM, quam ut meus fieret Dominus. Ita quidem omnium illorum tyrannorum atque excelsorum potestas profligata & oppressa est: QUORVM IN LOCVM SUCCESSIT in nobis I. C. vitæ, iustitiæ, salutis, iustificatiõis, ac omnium honorum auctor & Dominus.* Non potest Spiritus Christi in anima corrupta agere, tanquam amicus corruptæ carnis, qui corruptioni se vniat. Quando vero, veluti inimicus, corruptionem in anima inuadit, & exterminatam vult magis magisque beneficium est pro substantia nostra, ab opere diaboli diuellenda. Ebr. IV. 12-15. Sub destructione & dissolutione vnius, quaeritur & obtinetur alterius recuperatio. Quod si homo, quem adgredi Deus Verbum non abheret, malit adherere visco corruptionis suæ, quam Deo Verbo, eam impugnanti; non eripitur ipsi libertas recusandi: Velle tamen Deum operari efficaciter in intimis cordium nostrorum penetralibus; intima nostra, sincere si attendamus, conuincunt, totaque structura creationis, & æconomia tota restaurationis nostræ, arguunt, quod sit Dei in hominibus beneplacitum. Luc. II. 14. Proverb. VIII. 31-36. Vel iuuenes in Christo pares sint hosti illi antiquo. *Scribo vobis; Patres, quod cognouistis eum, qui est ab initio. Scribo vobis, inuenes, quod vicissis malignum illum spiritum, quod robusti estis & validi, & Verbum Dei in vobis manet, & ita vicissis malignum i. Iob. II. 12. 13. 14. IV. 4. V. 4. sq. Væ nobis, si linguamus Regem cœlestem ignaui, qui obstupescimus ad labores, militibus in terræ negotiis exantlandos hodie. Cur cœdamus malo, nec potius confidamus in Duce nostro, per eumque perumpamus Matth. XI. 11. 12. 1. Petr. IV. 1. Rom. XIII. 12. Ipsi tumultus in terra, totque mala, que nobis imminent, desiderare faciunt regnum Christi promissum, & videre signum Filii hominis Es. VII. VIII. IX. Dan. VII. Iob. V. 27. Math. XXIV. 30. Gloria in excelsis Deo, & super terram pax & in hominibus beneplacitum. P. P. in Fridericiana. F. Natiuit. D. N. I. C. A. M. D. C. C. III.*

Typis Chr. Henckelii, Acad. Typogr.

Ja 1586

ULB Halle

3


001 508 687




St

VAT







44

PRORECTOR
FRIDERICIANAE ACADEMIAE
D. SAM. STRYKIVS,
IC.
ereniffimæ Viduæ Saxo - Ifenacensis
Confiliarius Aulicus, & I. P. P. Ord.
NA CVM CETERIS PROFES-
SORIBVS
ATIVITATEM
SV CHRISTI, TANQVAM DV-
CIS SALVTIS NOSTRAE,
digne recolendam
intimat.

au.